



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Religiosus II. quoad ingressum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

Omnes hæ species sunt de se mortales: excepta prima, cum est superflua, non tamen contraria legi diuinæ, vel humanæ: & quarta, bona fide, vel præ ignorantia, quæ tantum sunt veniales. cap. 11. num. 21. 24.

## RELIGIOSVS I.

*in communi.*

RELIGIOSVS D. Benedicti tenetur confiteri vnoquoque mense. cap. 2. n. 6.

Religiosus, cui ex statuto suæ religionis, & mandato sui Superioris, prohibitum est audire confessiones, potest absoluerè, à venialibus validè, sed non licitè: si verò non prohibetur, potest etiam licitè. cap. 4. num. 6. etiam sine licentia. *ibid.*

Religiosi qui virtute suarum bullarum poterant ante Trident. confiteri clericis secularibus, possunt etiam modò. cap. 4. n. 1.

Dubitans de sua idoneitate ad munus confessionis: sed iussus bona intentione à prælato suo, licitè potest audire; & prælatus etiam id præcipere si iudicat eum dignum. num. 6. Ad quid possit obligari per prælatum. vide Prælatus.

RELIGIOSVS II. Quoad ingressum. Solum



Solum propositum ingrediendi religionem non facit votum, quamuis induat habitum. cap. 12. num. 26.

Peccat mort. retrahens alium ab ingressu, vel extrahens post ingressum religionis: non tamen tenetur ingredi pro eo. nu. 44.

Non peccat neque incidit in censuram iustis de causis retrahens, vel extrahens à religione. num. 45.

Peccant mort. parentes, vi vel dolo extrahentes filium post ingressum religionis cum iam haberet ætatem sufficientem ad ingrediendum. cap. 14. num. 17. §. 5.

Circa eos qui cogunt alios ingredi religionem, vel terrent ab ea; statuit Trident. sequens decretum.

*Anathematis sanctæ Synodus subiicit omnes, & singulas personas, cuiuscumque qualitatis vel conditionis fuerint, tam clericos, quàm laicos, tam saculares quàm regulares, atque etiam qualibet dignitate fulgentes, si quomodocumque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem inuitam, præter quàm in casibus in iure expressis, ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscumque religionis, vel ad emittendam professionem, quique consilium, auxilium, vel fauorem dederint, quique scientes eam non sponte ingredi monasterium,*

T t § nasterium,



naſterium, aut habitum ſuſcipere, aut profeſſionem emittere, quoquomodo eidem actui vel preſentiam, vel conſenſum, vel auctoritatem interpoſuerint. Simili quoque anathemati ſubicit eos, qui Sanctam Virginum, vel aliarum mulierum voluntatem vel accipiendi, vel voti emittendi, quoquomodo ſine iuſta cauſa impederint.

Ingreſſi, vel inducere ingreſſum ad religionem, in qua malè viuunt, peccatum eſt. cap. 12. num. 45. 46. Et qui offert filium, vel laxè viuunt, peccat. num. 51.

Per ingreſſum religionis laxæ non ſatisfit voto de ingrediendo religionem in comuni facto. Quòd ſi talem laxam vult, non tenetur ingredi eam, dum non eſt ſpes reformationis. num. 46.

Perſuadere alicui vt voueat ingreſſum religionis laxæ, non eſt laudabile. num. 46.

Qui ante Trid. clam contraxit, & conſummavit, & poſteà, quia id negavit in iudicio, ipſa nupſit alteri, non poteſt ipſe ingredi religionem. Quòd ſi ille alter moriatur, tenetur ipſe accipere eam, etiam poſt profeſſionem. cap. 22. num. 24. Quando tenetur filius ingredi, vel egredi religionem, ob neceſſitatem parentum, vide filius.